Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



& iuuenta clamerunt ad dnm in tribulatione. & conuertatur uir a uia sua mala. & ab iniquitate que est in manibus eorum. Qis scit si obrat. & ignoscat ds. & reuertatur a furore ire sue. & non peribimus. Et uidit ds opa eorum. quia conuersi sunt de uia sua mala. & misertus est super seruos suos dominus deus noster. Secm Johannem

In illo. t. Miserunt principes & pharisei ministros. ut apprehenderent ihm. Dixit ergo ihs. Adhuc modicum tempus uobiscum sum. & uado ad eum qui misit me. Quaeretis me. & non inuenietis. & ubi sum ego uos non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est. quia non inuenietis eum. Numqd in dispersionem gentium iturus est. & docturus gentes. Qis est hic sermo quem dixit. quaeretis me. & non inuenietis. & u sum ego uos non potestis uenire. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat ihs. & clamabat dicens. Siqs sitit. ueniat ad me & bibat. Qi credit in me sicut scptura. flumina de uentre eius fluent aque uiue. Hoc autem dixit de spu quem accepturi erant credentes in eum. feria. iii. t Daniel

In diebus illis. Congregati sunt babylonii ad regem. & dixerunt ei. Trade nobis danielem qui bel destruxit. & draconem interfecit. Alioqn interficiemus te. & domum tuam. Vidit ergo rex qd irruerent in eum uehementer. & necessitate compulsus tradidit eis daniele. Qi miserunt eum in lacum leonum. & erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem. & dabantur eis cotidie duo corpa & due oues. Et tunc non sunt data eis. ut deuorarent danielem. ~ ~ ~ ~

Erat autem abacuc. ppha in iudea. et ipse coquebat pulmentum